

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9165

**Auteur(s)** : Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s)** : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1179-1183]

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Rotrou évêque de Rouen fait connaître l'accord conclu entre Savigny et Robert Falco à propos de la vicairie de Montmartin-sur-Mer : jusqu'à la mort de Mauger, pour lors vicair des moines, Robert Falco gardera la moitié de la dîme et toutes les offrandes de l'autel contre 20 sous mansois à payer annuellement à Mauger ; après le mort, la résignation ou l'entrée en religion de Mauger, Robert Falco se contentera de la vicairie. Robert fournira seul les jura episcopalia, les moines et lui-même paieront 3 sous mansois au seigneur de La Lande et une mine de froment aux chanoines de Coutances.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 973, n° 781.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Constanciensi, n° XLIII)

Cet acte peut se situer entre 1179/1180 (mort de Richard de Bohon) et 1183 (où Guillaume de Tournebu fut élu évêque).

### Texte d'après A

Rotrodus Dei gracia Rothomagensis erchiepiscopus universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit in Domino salutem. Cum in presentia nostra contenderent monachi de Savegneio et Robertus Falco super vicaria ecclesie sancti Martini de Monte Martini, post multas altercationes ad hanc tandem venere concordiam ut prefatus Robertus Falco tota vita Maugerii, tunc temporis vicarii monachorum, in ecclesia sancti Martini de Monte martini pacifice teneret quod ante tenerat, videlicet medietatem decime prefate ecclesie et omnes obventiones altaris sub XX solidis cenomanensium annua pensione prenominato Maugerio prestanda ; post decessum vero Maugerii vel resignatione vicarie vel status ejus mutationem si ad religionem transire voluerit, predictus Robertus Falco sola vicaria esset contentus, videvlicet tertia decima portione et alario et inde ob recognitionem conventui de Savegneio faciendam bisantium monachis annuatim persolveret ; jura vero episcopalia solus ipse Robertus prestaret, tres vero solidos cenomanensium domino de Landa et unam minam frumenti canonicis de Constantiis pro partibus decime monachorum et Roberti Falconis ipsi monachi et Robertus Falco pesolverent. Insuper prenominatus Robertus Falco tactis sacrosanctis evangeliiis juravit quod nullum decetero nisi conventum de Savegneio nomine pretaxate vicarie clamaret advocatum. Ut autem prenotata compositio ratam inconcussamque teneat firmitatem et nequam in posterum resucitetur questio, eam presenti scripto et sigilli nostri munimine duximus

confirmandam et communiendam. Sciendum est hanc compositionem factam fuisse vacante sede Constanciensi. Testes sunt : Robertus de Novo burgo Rothomagensis ecclesie decanus, Amicus ejusdem ecclesie archidiaconus, Robertus capellanus, Gyhenocus Rothomagensis canonici, magister Radulfus Nereit, Gaufridus de Bernaio clerici, abbas Ricardus de Belbec, Reinnaldus prior de Savegneio, Rogerus de Estotevilla, Maugerius, Radulfus de Sancto Crispino.